



# RHETORICÆ EC-

## CLESIASTICÆ, SEU ARTIS

Concionandi,

LIBER PRIMVS.

**R**HETORICA Ecclesiastica  
est ars persuadendi Ecclesiæ Chri-  
stianis ad salutem necessarias.

I I. Huius acquirendæ media secun-  
dum Spiritus sancti gratiam, quatuor sunt.  
Primum, natura; secundum, methodus seu  
systema præceptorum; tertium, usus; ad  
quem pertinet imitatio; quartum denique,  
prudencia & Cōuersio quædam rerum eccle-  
siasticarum in pastore.

I I I. Natura nomine quatuor conti-  
nentur. 1, bona animi & corporis temperies  
ac dispositio ad cogitandum de iis, quæ per-  
suasione apta sunt, & ad cogitata promen-  
dum. 2, memoriæ fidelitas. 3, vocis concin-  
nitas. 4, corporis quædam spectabilitas; &  
decens ad perorandum habitus.